



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 23. Iob vt vates illustratus in seipso timoris præmisit symbolum , quo Christus hic angustatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

gemiscens. Tristis est anima mea usque ad mortem.  
 Audiamus hoc Theologicè declarantem no-  
 strum Cardinalem Caietanum: *Circumsum pro-*  
*prium adhibere cruciatum sua passionis voluit, ita*  
*quod vellet non solum exteriori pati crucem et*  
*mortem, sed etiam interiori presencire cruciatum;*  
*mediis quibus tristitia et timoris natura passionis*  
*et crucis ut omnia vestra mala experiretur. Ad-*  
*huc etiam se suum inordinatè non coniungi; quinimo de*  
*omni tristitia verò mali presentis, sicut pro-*  
*bat D. Thom. ex doctrina Philosophorum: vo-*  
*luit tamen illos in hac occasione in corde suo*  
*coniungere, ut poena foret illius tantò diffici-*  
*lior et crucis ex vna parte mortem recogitans*  
*molestam, et futuram in executione adeo hor-*  
*ridam et immanem, in se timoris affectum ex-*  
*citavit adeo molestem, et ex illo membris om-*  
*nitibus contemiseret, et ex alia vero parte via-*  
*ditates tam apprehendens in imaginatione sua, et*  
*quasi presentem cernens; alterum tristitiæ pro-*  
*portum affectum ita mortalem et sufficeret illi*  
*vitam auferre charissimam: quod his verbis dis-*  
*cipulis suis exposuit: Tristis est anima mea us-*  
*que ad mortem.*

§ 23. Iob vi vates illustratus in seipso isomris  
 praeiit symbolum, quo Christus hic angu-  
 statur.

AD regulam hic edunt verba Prophetae  
 Iob, quibus lamentationis suae declarat  
 rationem. Iob figuram praeiit insignem  
 Saluatoris: et aduertit D. Greg. a. & curiose  
 in 22. p. 1. quodam Pineda & ostendens ipsum figuram  
 h. e. quodam eius fuisse vniuersalem, & qui non su-  
 am verbi sed propria sua personâ diuina elus-  
 teris de praeiit mysteria: qua de causa hanc illi D. Au-  
 gustini post praeiit insignem tribuit praeogati-  
 onem, vocatque *eximium Proprietam*. Sciebat in  
 seipso tranquillitas à tribus suis amicis, visitatus tristiti  
 lamentatione sui cordis apertius pietas & an-  
 gustia. Iudicabant illi haec ex defectu proe-  
 nate pietatis, quocirca reprehendunt ut impa-  
 timentem & innumeratorem, & qui se parum diuinae  
 confortaret voluntati, eusq; caelesti se submit-  
 teret dispositioni: et autè illis responderet verba  
 haec protulit tristissima: *Veni mea dolore sunt*  
*plena quia sagitta Domini in me sunt quare indign-*  
*natus habi iustitiam meam et terrores Domini mi-*  
*seri contra me. Huius amici charissimi liquidò*  
*scia puer, ignoras vobis esse meas afflictiones, &*

quantâ prematur cor meum angustia. Norum  
 hoc vobis sit animam meam acutissimâ & for-  
 tissimâ sagittis esse transfixam. Hoc significat  
 Sagitta Domini in me sunt. Vocat S. Eloquium sa-  
 gitto Domini flumina horrenda quae vitam pet-  
 dunt & vires enervant, ut nihil sit quod illis re-  
 sistat eorum nq; robur moderetur, ita occidit Da-  
 uid Misi sagittas sum & dissipauit eas, fulgura  
 multiplicauit & conturbauit eos. Sagittae arden-  
 tissimae, sagittae desolatoriae ac comburentes.

Hac metaphorâ significat Iob poenas & dolo-  
 res cor illi penetrantes ita efficaciter, ut nihil sic  
 quod lemnen possit adhibere desolato. Cor dolco  
 sagittis transfixum fortioribus & perrimâibus,  
 quibus aduitor, confringitur & affigitur ita ve-  
 hementer, ut nec locum dent respicianti, fauceq;  
 mihi concludant morturo Hoc est, ait D. Tho.  
 quod ait: *Quorum indignatio ebibit spiritum meum.*  
 Sed quod animû meum maximè prosteruit, ter-  
 rores quidâ sunt potentissimi mihi bellum info-  
 rtes, *Terrores Domini militans contra me.* Vocan-  
 tur terrores Dei, nonnulli timores ita vehemen-  
 tes, ut cordis eneruet vires, aliquid eius deiciant,  
 vitamque terrore concutiant. nec non metu sub-  
 mergant profundissimo. Hoc metu solebat Deus  
 populi sui precellere inimicos. Illo metu vires  
 subueniunt illius populi qui contra Iacobi arma  
 sumpterat, quanto casus ille contigit in vrbē Si-  
 chimorum. *Timor Dei inuasi omnes per circui-*  
*tum ciuitatis, et non sunt ausi persequi reticentes.*  
*Hunc effudit super corda Chananeorum, dum*  
*populus suus terram ingredi debatur eorum, et*  
*testatur Rahab. Irruit super nos terror vester, et*  
*elanguerunt omnes habitatores terra.* Hic est ille  
 quem Moyses in cantico suo petebat à Domino  
 contra Dei inimicos. *Irruit super eos formido et*  
*pavor. in magnitudine irachy sui.*

Insurrexit inquit Iob, excutitur terrorem Do-  
 mini, me impugnantium. *Terrores Domini mili-*  
*tans contra nos.* Notemus verbum hoc, *Mili-*  
*tans* proprium enim est militibus bello duriori  
 certantibus. Nulla fuit vniquam ciuitas extre-  
 mis adeo constructa angustis nec eminentiori ex-  
 posita periculo ob coronam ferocium militum,  
 quam illi ex omnibus impugnant partibus, ut  
 cor meum terrores, tremoribus afflictum est &  
 tristitia: vnde ne interis si verba proferam ge-  
 mitu & dolore plenissima *Veni mea dolore*  
*sunt plena.* O quam congruè haec verba conue-  
 niunt ori Saluatoris nostri diuini Iob qui iam  
 tribus comibus suis Apostolis in hortum se-  
 cessit oraturus. Quâ acoris cor eius sagittis vol-  
 neratur, usq; tantus quatuor sunt poena, quae ma-  
 deat.

Ps 17. 25.

Gen. 35. 5.

Exod. 15. 16.

deut.

ment illum iam nunc patientem & morientem. Iam illas in corde & anima tolerat, ex eo quod illas animam consideret & euoluat, quas postmodum in corpore nouit se toleraturum. Hic intus animam habeo, quam mille & mortales transodiunt sagitta: Sagitta Dominus me sunt. Sufficit haec poena cui subiaccio, vt vitam mihi tollat & ebibat respirationem. Quorum indignatio tibi spiritum meum. Potissimum autem me torquent & cor assigunt metu, terrore, tristitia, eius quod iam mihi video prae paratum: nec mireris verba mea lamentabilis: vnde & verba mea dolere sunt plena. Heu quae verba, quanto dolore paucae plenissima! Tristis est anima mea vsque ad mortem, sustinete hic & vigilate mecum. Heu amici charissimi, heu quanta in cor meum irruit tristitia! Tanta est vt ego & mors vix vno gradu diuidamur. Adhaerete mihi comites, hic mecum sustinete, hic mecum vigilas agite infomes.

58  
I.  
Verbi Su-  
stineo  
Explica-  
tio.

Notanda est emphasis horum verborum *Sustinete hic & vigilate mecum*. Hae loquendi forma quis vitur, quando tanto praegratur pondere, vt solus illud leuare nequeat & manus postulat ab alio subsidiarias. Diuina roboratus virtute eduxit Moyses populum illum de Aegypto: magnum hoc erat onus ob tantam populi multitudinem, nam bellatorum duntaxat transibant sexcenta millia, sed maius ex natura plebis obstipa, pernicaci & seditiosa; sic vt ipse fateatur sibi humeros deficere tanto oneri sustinendo: vnde sic Deum tandem alloquitur. *Cur im-*

Num. 11.  
14.

*posuisti pondus vniuersi populi huius super me? Non possum solus sustinere onem hunc populum, quia grauis est mihi.* Consulit illi sacerdos Iethro Sacerdos Madianita: Amice, quando pondus adeo graue est vt illud vnus sustinere nequeat, adiutorem aduoctet, & hoc tibi incumbit agendum: viros in auxilium tibi conuoca quibus fidas. *Vtra vires tuas est hoc negotium, solus illud non poteris sustinere,* &c. *Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum,* &c. *Leuisque sit tibi portio in alio onere.* Acquiescit Moyses sacerdoti consilio, vt ipse testatur iam moriturus. *Dixi vobis: Non possum solus sustinere vos,* &c. *Non valco solus negotia vestra sustinere & pondus, & iurgia. Date ex vobis viros sapientes,* &c. Inuinit Dominus Apostolis suis heu vos Discipuli mei, heu quanto praegratur pondere: *sustinete mecum, adeste mihi & vestra praesentia onus hoc subleuate, mecum pariter vigilate.* O caeleste mysterium! O Venerabile Sacramentum! Quam mirabile risu est supremam caeli laetitiam ad

Exod. 18.  
18.

Deut. 19.

II.  
Tristitia  
Christi

mortem vsque in terra contritari? Gaudium mystico Angelorum mortalibus inter homines pressum tum, angustis: Dei fortitudinem trementem: ipsum robur timet, virtus infirmatur, vita mortem reformidat: vetumtamen talis est mentis eius abieccio qua torquetur, vt subsidium & fauorem a creaturis suis rogare videatur.

Quod homo a Deo quareat auxilium, quod corporis & animae suae pondus sustineat, frequentissimum est: omnium ori & lingua haec apprimè verba conueniunt: *Alitua nos Deus saluamini nosse,* &c. Omnibus nobis incumbit ex consilio Apostoli recurrere ad Deum attritis tribulationibus, ac supplices deprecari vt nobis comes adhaereat, & vires subministrat quibus illas cum merito lucroque sustineamus: *Ne possitis sustinere.* Quod homo supplices Deo palmas extendat ne ab eo deseratur, ne ipse discedat, sed filius adhaereat. Achates, equum est, dicens cum Patro. *Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice.* Quod homo a Deo pollulet vt secum vigilet ne forte contra eum leo rugiens praeualeat inimicus, suadet aquitas & necessitas: *Excurre, quare adhaerens Domino.* Porro quod Deus hominis requirat societatem & subsidium quod pondus sustineat meritis & laboris, quod premittit, dicendo: *Sustinete hic, &c.* Quis tale vidit vquam aut potuit imaginari? Heu gloria caelorum, quis tãtis te iniecit angustis? Quis ita tuam turbauit venustatem, cor tuum exercebat, vultum tuum conturbauit, tuam vitam turbauit alacritatem, tuum tremore corpus percussit, animamque afflixit sanctissimam? Quare te his detinet angustis, vt mendicis a creaturis tuis postules auxilium: *Sustinete hic & vigilate mecum!* Eia age Christiane, tuos huic oneri humeros suppone, hunc (datur venia verbo) adiuua Dominum, cum illo vigila, cum illo ora, patere cum illo, eius cum illo penam sustine, eius tibi crucem impone & animi tristitiam quam pro peccatis tuis sustinet.

S. 24 Tristis est anima mea. Timorem hunc & mortis tristitiam Christum assumpsit, vt illam nobis auferret: ostendens se vniuersum de quo Dauid.

Etiam rationem proferunt D. Athanasius a. D. Ambr. b. & D. Aug. r. quod praeter deum tenentis exponitur verbum *Cepi* quo r. Passus sunt Evangelistae in eadem significatione quam diximus *Accepit*, q. d. sibi Christus assumpsit ante. b. 27. 100